Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Scire dispono presentium quoslibet inspectores quod totam ordinationem siue donationem octo talentorum denariorum redditum quos pater meus felicis recordationis domino abbati et ecclesie sancte Marie in Zwetel perpetuo attribuit ad possessionem liberam et perhennem ratam habeo atque gratam. Abrenuntians simpliciter omni iuri quod michi in eo petere videbatur. Michi hominum etiam pullos adtinentes qui tredecim annuatim de eisdem bonis duri eidem domui similiter relinquendos. Ita videlicet quod in preterito tam pullorum quam denariorum michi deceto non teneor iusticiam aliquam vsurpare. In cuius rei testimonium domino abbati et sue ecclesie assigno presentes litteras mei sigilli munimine roborates. Cum testibus qui sunt isti. Fiat Dyricus. Fiat Christanus sacerdotes. Fiat Ludwicus layicus. Vlricus nepos Decani. Rudolo notarius. Datum in Chrems. Anno domini M°. CC°. Lxxxxo. IIII°. Sabbato post Ascensionem Domini.

Item litteras Ottonis de Walchunchirchen honesti ciuis Wiennensis et Camerarii super relaxacione trium vrnarum vini in vinea mea Hohenwart. Has mihi tres vrnas sicut verus magistratus in Hohenwart monasterio meo Zwetlensi perpetuo delegauit.

Dignum et consentaneum rationi ut quod ad noticiam hominum volumus emanare scripture memorie commendetur. Nos igitur Otto Camarius de Walchunschirchen ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum volumus pueniire quod tres vrnas vini quas Albero Puppingus et uxor eius in Wienna nobis puire montis quod wlgo dicitur Pehreht de ipsorum vinea sita in Hohenwart annuatim pro stipendio ministrauerunt vvous mee assensu omniumque meorum heredum bona permissione contulimus ob anime mee remedium et salutem diuis nostris fratribus venerabilibus in Zwetela spontanea voluntate tali libera conditione quod predictorum fratrum vniuersitas memoratum ius montis eo iure quod nos hactenus bona pace possedimus et tamquam solute debeat et libere perpetuo possidere. Et ne successorum aliquorum calumpnia donationem prefatam voto spontaneo nostro contracto malicioso valeat aut presumat in posterum infringere vel cassare presentem litteram sigilli mei munimine solidatam sepedictis fratribus tradimus ad cautelam. Huius rei testes sunt Diuis Rapoto de Walchenberch Rapoto filius eius. Ginhardus socer meus. Chunradus de Walchunschirchen meus. Emanuus. Vlricus de Acenpukke. Nycolaus meus pecuniator. Hager. Ebro. Filius Leubmanni. Vlricus item Vlricus Purgman solo nomine mutuatus. Albo dictus Puppinch. Albo longus institor. Prechtlo custos Ecclesie sancti Stephani in Wienna. Hainricus officialis in Waeriach et alii quam plures. Actum Wienne. Anno diuini M°. CC°. lxxi°.

Ego Chunradus de Chrems Rufus agnominatus scire volo omnibus presentem litteram inspectis quod obtenendum animae meae et Alhaidis vxoris meae finem pecunie et omnium fidelium defunctorum libere tradi Ecclesie sancte Marie in Zwetel tres vineas duas in Sechsenperg sitas cum in Zetzlperg perpetuo possidendas domino Gotschalco Abbate tunc temporis existente qui de sua pietate et conuentus totius in sua iuitatis gratiam stuliunt. Reddentes me principem omnium deuotionum et orationum que ab ipsis etiamtunc pagunt. Ad hec specialem in se cerunt gratiam quod diem anniuersarii mei eo in suis deuocionibus pagere permiserunt tamquam fratris in suo cenobio tumulati. Et vt dicta mea donatio supditte ecclesie illesa et inconuulsa permaneat in eternum presentem litteram feci sigilli cuius munimine roborari.